9424.

quibuis totumq antecedentem et subsequentem processum in

Causa suprascripta obtentis et perditis in toto et per omnia

Cassant mortificant et annihilant sibi suisq posteris ratio-

ne praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Feria Secunda ante Festum Sanctorum Simonis et Iude

26 Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo sex

centesimo septuagesimo Primo

Sozanski Koblanskie Rbtt

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Ca-

0153 pitan Praemysliens Nobilis Remigianus Sozanski Veronic Sanus

mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdi-

ctionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, prae-

senti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum

hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omni-

bus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere

publice ac per expressum recognouit. Quia ipse se ac suos Suc-

cessores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecu-

niarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesens

Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus

Nobilis Alexandri Koblanski ratione certarum rerum et Conditionum

in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illius hic Prae-

mysliae die hodierna in actu contenta confecti et conscripti ac manu

manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singu-

lis eiusd

lis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus in universum omnibus eidem Nobili Alexandro Koblanski ipsiusq posteris firmiter tenere, comple[re], exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eiusdem Scripti manualis contentis tam in toto quam in qualibet minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summae Viginta floren[orum] polon[icalium] per eundem Recognoscentem vel eius Successores supramemorato Nobili Alexandro Koblanski vel eius posteris ob non complectionem Contentorum Scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti eiusdem manualis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Remigianus Sozanski Woronicz, sive eius Successores, ad Instantiam praefati Nobilis Alexandri Koblanski vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum praescribantur exprimendo.

Koblanski Sozanskie Quietat.